



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis
Oratorii Fvndatoris**

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Gregorij XIII. multorumq[ue] S. R. E. Cardinalium erga Philippum
obseruantia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

derepentè morientis ori admouit,
maximo eiusdem beneficio , qui eo
ipso momento quasi reuiuscens
non modo exangere quod porrige-
batur, sed etiam melius habere cœ-
pit , paucisque post elapsis diebus
sanus , vegetusque è lectulo surgens
Beato Patri gratias quantas maxi-
mas potuit pro beneficio egit.

*Gregorij XIII. multorumq; S.R.E. Cardi-
naliu[m] erga Philippum obseruantia.*

PHilippus non apud eos modò,
qui vel in periculis erat, vel mor-
bis afflictabantur , in magna erat ve-
neratione, sed apud Principes viros,
ipsosque etiam Summos Pontifices:
Illum siquidem Gregorius XIII.
summæ prudentiæ, atq; integratissimi
Princeps impēse amauit, ac libentissi-
mè audire solitus erat: quin rebus
in multis consilium eius, & operam
frequenter adhibuit, eoque auditio
multa faciebat. Eodem propemo-
dum amoris , atque obseruantia-

affectu

affectu eundem prosecuti sunt & alij Summi Pontifices, de quibus suo loco dicturi sumus.

Reuerebantur præterea Philip-pum tanquam Dei amicum, eodem Gregorio XIII. Pontifice, Amplissimi S. R. E. Cardinales, Carolus Card. Borromæus Archiepiscopus Mediolanensis, Guido Card. Fer-rierius, Gulielmus Card. Syrletus Bibliothecæ Apostol. Præfectus, Gabriel Card. Palæotus primus Bononiæ Archiepisc. Fr. Michael Bonellus Card. Alexandrinus, Anto-nius Card. Carafa, Iul. Antonius Sanctorius Card. S. Seuerinæ, Alex-ander Medices Card. Florentiæ Archiepiscopus, Nicolaus Sfondratus Card. Cremonæ Episcopus, qui post-ea fuit Gregorius XIII. Augustin⁹ Valerius Card. Veronæ Episcopus, Vincentius Laureus Card. Mótiſregalis Episcopus, alijque permulti.

Transeamus nunc ad res à Philip-po gestas Sixto V. Pontifice Grego-

298 Christi Greg. XIII. Pap.

1585. 13

Ætatis
70

rij successore, qui Summus Pontifex declarat⁹ fuit anno millesimo quin- ḡētesimo octogesimo quinto, octauo Kal. Maias. Sedit annos quinq; menes quatuor , dies tres.

Iesu Christi anno Sixti V. Pap. anno Ætatis anno
1585 1 70.71

Prædictio.

*Testantur
id iureia-
rando viri
nobiles Pe-
trus Pau-
lus, & Ia-
cobus Cre-
scens
fratres.*

*Incidit id
in mensem
Aprilem,
vel Maiū.*

Anno huius saeculi 85. Io. Antonius Lucius Sacerdos, cum sexaginta annos, aut plus eò natus eset, ab equo, cui insidebat, excussus, afflatusque ad terram ad ultimum ferme periculum venerat, quandoquidem confracto capite, omopla- taque luxata , febri accedente, sa- lute medicis pronuntiantibus peri- clitabatur: ergo cum ex eo morbo vereretur mori, accersito mox Philippo, mortis dixit , me tædet Pa- ter, quandoquidem testamentum nondum, quod mihi placeat, com- posui, obsignauique: Tum Philip-

pus